

F. Petrus a Fratta habet
simplicissimũ usum facti
huius Libri



Pertinet ad Conventum
S. B. Mariæ Carmeli
Terræ S. Anthimi.



NICOLAI SALLAROLI

à Sanframundi Guardia


DE ARTE MEDICA LIBER

Ad U. J. D. Dominum
FRANCISCUM FUSCHINUM
Virum omni Scientiarum genere imbutum.



BASSANI
Typis Jo: Antonii Remondini MDCCXX.

Superiorum permissu.



DOMINI
D. FRANCISCI SANZARI
Primicerii Majoris Thelesini
in Libri Authorem

Elogium

NICOLAO SALLAROLI

Adolescenti exculto, venustate,
Moribus, Ingenio,
Virtutibusque, Musis, Eruditionibus
Maximè exornato,
Sapienti plura, etsi plura sapere
Cupienti,
Quod ipse accepta ab Apolline cythara
Artem Apollineam
Metro, elegantia, ac lepore concinnato
Scriptis mandavit, docuitque canendo,
adtulitque
Patriæ, Famæ, OEvo,
Honorem, Decus, Gloriam,
Monumentum Posteritati consecratum
Cives Terræ Guardiæ de Sanfraymundo
Concivi benemerenti
Posuere.



U. J. D.
DOMINI JOANNIS CAPUTO
in eundem

Elogium.

Adeste Pueri, Juvenes, Viri, Senes,
Quibus Hominum cura curæ est;
En vobis illa sub parvo.
Mole visa Dogmata ne contemnatis,
Cum non in Dogmatum vastitate, sed veritate
dignitas sit.
Implumem nè Authorem damnabitis?
Plumis Fama satis illi;
An à vix puero præcepta exhaurire pudebit?
Puer quidem ætate, Ingenio tùm Vir,
Prudentia Senex;
Hoc enim Authore
Phæbeam hanc Artem quis à Phæbo traditam
dubitabit?
Si quod Phębus invenit puero scribẽte nũc docet,
Ita uter utri plurimum debeat dubium,
Cum mutuo amplexu
Per Phæbum Puer, per Puerum Phœbus
Docet.
Hinc
Major Arti Fides, Dignitas, Honor,
Jure igitur si famã,& laudes cum Phæbo dividat,
Opus inexpectatum,inutile,imperfectũ inficietis?
Sed quid expectatiùs quam quod delectat?
Quid utiliùs, quam quod docet?
Quid perfectiùs quam quod delectat, & docet?
Dignus equidẽ libellus Elogio,dignior Opiphex,
At cum uterque omni Elogio major sit,
Reprimenda audacia,
Nullum enim illis sàtis Elogium erit.

DOMINI
D. PAPHNUNTII GAROFANO
in eundem

Epigramma

Ingenio vernas, Annis florescis, & ævo,
Stat, Nicolae, genis blanda Juventa tuis.
Scripsisti Medicas Artes, metrisque redactas,
Laudavi hoc parvo carmine quidquid habent.
Scriptores veteres omnes Tibi cedere possunt
Eloquio, Calamo, Consilioque micas.

DOMINI LEONARDI PINTI
in eundem

Epigramma

Phœbeas Artes sectaris gaudeo tecum,
Aurea ab ingenio nam Tibi vena fluit.
Plurima scripsisti dignissima carmina plausu,
Et quæ Galenus scripsit, & Hippocrates,
Laurigerum sertum spera, Nicolae, Poesis
Pro cultis Musis præmia tanta dabit.
Tantus honor venit meritis, nam Pallade flores
Ingenioque potest cedere quique tuo.
Fama canit meritum, decantat Gloria mores,
Enarrant Populi nomen ubique tuum.
Nestoreos Annos vivas, si Numina faxint,
Ut Patriæ Lumen, sic Decus Orbis eris.

FRANCISCI SALLAROLI in ſuum Fratrem hujus Libri Authorem.

Epigramma.

Contribuit, Nicolae, Tibi ſapientia mentem,
Hippocrates lumen contulit Ingenii.
Carmina componis ſemper, quæ Gloria plaudit,
Et celebrat centum publica Fama tubis.
Virgilius, Naſo, Flaccus, dulciſque Catullus
Carminibus vivunt ſæcula mille ſuis.
Sic pariter vives dum ſtabit Pontus, & Æther.
Nec poterit nomen, Famaque digna mori.



DOMINI MARII PARADISO
in eundem

Epigramma.

Laurum Phæbus amat; Phæbeos laurea Vates
Serta tegunt: doctis serta decora Comis,
Sed Medico, quoniam Cives è funere servat,
Servanti Cives Querna Corona datur.
Nos Juvenes Venus alma rosis,& floribus ornat,
Namque sumus Phæbi turba,sed & Veneris.
Huic igitur Juveni, Medico, Vatique decorent,
Et Rosea,& Querna,& Laurea serta caput;
Vix unam reliqui; nectis tres ipse Coronas
Unus es; at reliquis ter mihi major eris.

Ejusdem
In eundem Libri Authorem

Distiton.

Dum canis es Phæbus, dum tu Nicolae mederis
Phæbus es, intonsis alter Apollo Comis.

AUTHOR AD LECTOREM

Epigramma.

En Tibi, Lector, Opus, lege jā, quod sæpè spopōdi,
Sive Puer tu sis, corpore, sive Senex.
Ante oculos statuo, videas, sed fronte serena,
Da veniam, si nil fortè leporis habet.
Nā quatuor non dum pubes ego Lustra peregi,
Atque mihi toto tempore vena fluit.
Est mihi prima Ætas, prima est in fronte juvẽtus,
Si vivam, scribam Nobiliora, Vale.



NICOLAI SALLAROLI
De Arte Medica
LIBER
AD V. J. D. DOMINVM FRANCISCVM FVSCHINVM Virum omni ſcientiarum genere imbutum

EXponunt alias alij cum laudibus Artes,
Et ſua per Populos tranſcurrit gloria,& Urbes
Laudibus immodicis, & lætis plena triumphis
Quà Sol conſurgit, quà Sol lãgueſcit in umbris;
Ipſe ego carminibus Medicas referentibus Artes
Expono, FUSCHINE Tibi,quæ doctus Apollo
Edocuit quondam miſeris Mortalibus ; eſſent
Ut leve præſidium morbis, cauſiſque malorum;
Cætera prætereo, corpus ſanabile tantùm
Materiem, ſenſuſque dabit calamoque , animoq;
Et feret ingenium ſublimis ad ætheris Arces;
Addiderim partes omnes, fibraſque repoſtas,
Oſſaque,& Humores,poſitaſq; in corpore Venas,
Et primas Febris cauſas primordia morbi,
Et quidquid vexat nimijs cruciatibus Artus.
Cuticulam primùm reputo narrare neceſſum,
Ante omnes Partes reſidet, ſuper eminet omnes,
Membrana eſt iſthæc equidem tenuiſſima, cõpar
Cœparum tenui involucro, tegit undiq; corpus;
Hanc duplicem faciunt,vera altera dicitur,atque
Altera non vera eſt : cauſat Tibi vera dolorem.

Si fortè eripitur; vix commovet altera sensum,
Utraque defendit vitam, corpusque tuetur,
Si quid tentabit Tibi lædere corporis artus.
Post hanc consurgit pellis, Cutis ista vocatur,
Et se per totum fundit largissima corpus,
Formatur fibris vario cum tendine, nervis,
Et venis, dotatque illam vaga glandula passim,
Vascula sũt pariter, proprio quæ nomine dicunt
In medicis chartis latè excretoria: mittunt
Ex totis membris calidas fuliginis umbras,
Præcingunt illam diversa foramina, quorum
Grandia sunt quædam, quædã sunt parvula visu,
Par, similisq;cedro, tactum completque, paritque,
Extrahit humores nostris ex artubus, atque
Expellit, crebròque fugat, vitamque reservat.
Post, Adiposa cutis sequitur, cui cellula multa est.
Compacta ex tenui pelle, & pinguedine dives;
Humor inest oleosus ei, qui sanguinis æstu,
Dum circumfertur, sese conducit ad illam,
Quam supra refluũt quam plurima vasa cruoris,
Quæ tales cellas ramorum germine tangunt,
Utilis, ut nimium flamen minuatque, levetque,
Partibus inferiùs positis tribuatque calorem,
Atque sales pariter discit frænare volantes.
Panniculus carnosus habet post omnia sedem,
Membrana hic idem vulgò carnosa vocatur,
Carnosis fibris dotatur, & illa repletur,
Hæc membrana fovet plenas pinguedine cellas,
Subjectasque sibi Partes vestitque, tegitque.
Posteà constructus stat multus Musculus, illi
Dat mus nudatus direpto cortice nomen,
Pars est texta fibris, nervis, cum tendine, venis,
Arterijsque simùl, tunica contexitur usque;
Hic arbitrarios motus in corpore causat;
Et caput, & ventrem cum cauda continet unà,
Qui-

Quilibet in membris duplici cũ tendine regnat.
Insequitur post cuncta Caro, quæ tota rubescit,
Sanguine nutritur, generatur sanguine ab uno,
Corpore inhumano multos deseruit ad usus;
Neve est una tamen, diverso nomine dicta est,
Multiplices fibras, nervos complectitur, atque
Arterias, venas, lympharum, & vasa frequenter,
Ad motus facta est, ad motus destinat usum.
Deniq; succedunt diversa Ligamina, quæ sunt
Corporis humani quædam pars flexilis, atque
Vi, nixuque potens, & forti robore dives,
Ex osse emanant radix, primævaque origo,
Membranæ potiùs similis, compactaque forma;
A nervis differt multùm, nimiumque ligamen,
Progenerat nervos plures spinosa medulla,
Atq; meditullium plures quoq; gignit, & addit,
Ossibus ex ipsis manare Ligamina gaudent,
Nervus habet sensum, caruere Ligamina sensu,
Hæc ex officio contexunt viscera, & ossa.
Progreditur Tendo, quẽ nunc exponere oportet,
Pars hæc musculea est, fibris constructa, simulq;
Dura nimis, posita est extremo in limite utrimq;
Contrahit arbitrio propriis ex usibus illum.
Exposuisse juvat post omnia cætera Fibras,
Quæ constant filis exilibus undique junctis,
Contexunt partes, pariuntque in corpore motus,
Cartilago mihi nunc est dicenda, nec ossis,
Nec carnis sibi nomen habet, tamen hæret utrisq;
Alba quidem pars est, & pars est morbida, format
Externas partes, ne quid casu ossa refrangat.
Glandula materiẽ mihi nũc pro carmine præbet,
Quæ mollis tota est, mollis ceù spongia, posses
Dicere congeriem variis ex vasibus actam,
Carnea nõ equidẽ est, potiùs quę vascula mõstrat,
Vasa capit quatuor quævis sibi glandula, nervũ,

Arteriam, venam cum lymphis vase repleto,
Glãdula multa quidem vasa excretoria claudit,
Vasibus ex multis constructaque massa putatur,
Arteria, & nervus rectè ducuntur ad illam,
Cætera transportant: nõ una est glandula, jactat
Multiplicem speciem, veluti Medicina profatur,
Nã cerebrũ numerat queis dat sua nomina cortex
Ultrà cognatas alias, quas nomine signant
Præscripto Medici: medio servantur in ore
Et Maxillares; linguæ radicibus imis,
Necnon addictæ, vita durante, Palato,
In collo positas jugulares nomine dicunt,
Cor, Jecur, & renes, cũ splene, & viscera mõstrãt
Claudere eas pariter pro certo corporis usu,
Humores quoniam disiungunt sanguine. Nervi
Postea sunt positi, pars candida corporis, atque
Oblonga, ex varijs filis constantur, & extant,
Ex Cerebro ducunt ortum, spinæque medulla,
Ex Medicis numerus passim præscriptus habetur
Est anceps doctrina tamen, neve omnibus una,
Nam veteres Medici semper dixisse videntur
Bis septem esse, istis ut binis versibus ajunt:
„Optica prima, oculos movet altera, tertia gustat,
„Quartaque, quincta audit, sexta est vaga, septima linguæ.
Bisque decem dicunt alij simul esse Recentes,
Ut tribuunt Musis, & terno carmine pandunt:
„Olfaciens, cernens, oculos movens, patiensque,
„Divisum, cingens oculos, audiensque, vagansque
„Reflectens linguam, subvertebralia tendens.
Aut hæ, aut sint aliæ mentes, vel carmina, semper
Pro motu, & sensu nervorum dicitur usus.
Post nervos sunt Arteriæ, quas dicere vulgus
Pulsantes venas solvit; pars corporis hæc est
Membranosa nimis, sibi concava, mobilis, atque

Ex quatuor tunicis componitur, inde cruorem
Accipiunt reliquæ partes, quæ corporis artus
Constituunt: Medicis sunt hæc sat nota peritis.
Succedunt Venæ, quæ pars sunt concava, longa,
Mobilitate carent, Jecoris sunt provida Proles,
Omnibus ex reliquis ramantur corporis, atque
Sumptus ab arteriis portatur sanguis ab illis.
Lactentes venæ succedunt partibus hisce,
Vascula sunt quædam, sed parvula vascula, cælant
Simplice sub tunica sese, totoque feruntur
Corpore, deportant chylum sub ventre receptũ
Pecqueti ad notam sedem, ductumque thoracis
Postea pertingunt sensim, cordisque recessum,
Atque cavam venam pro certis usibus aptæ.
Lymphaticæ pariter venæque, & vasa sequuntur,
Parvula vasa quidẽ, quæ simplice pelle tegũtur,
Par opus est filis, quæ sæpè retexit Aracne,
Per totum corpus sese distendere gaudent,
Lymphaticum serum secum portantque, feruntq;
Glandula dat lymphas distinctas sãguine, ut illas
Conducant pariter Pecqueti ad nobile limen,
Et cordis proprios aditus, ut reddere possint
Plus fluvidum chylum, qui durus sæpè rigescit.
Ossa penès veniunt, quæ sunt durissima tactu,
Tercentum numero, vires dant artubus, atque
Visceribus teneris formam, rectamque figuram.
Corporis humani dicuntur provida basis.
His positis: Corpus triplici Regione secatur,
Sensibus addicta est prima; ast altera Vitæ,
Tertia Naturæ, sic est sententia vulgi.
Prima caput cõplexa tenet, capitisque capillos,
Qui sunt pars quædam nimiùm prolixa, feruntur
Per capitis cutem, capiunt alimenta, volucrum
Remigio alarum similes, dat pabula succus,
Qui nutritius præscripta voce vocatur.

Ex illis caput ornatum, vestemque resumit.
Detectis quatuor tunicis, quas diximus ante,
Et dura,& densa inspicitur membrana;vocatur
Illa Pericranium, Cranium quia contegit omni
Ex parte,& parvis fibris suspendere nata est
Meningem, ut cerebrum nimium non comprimat, atque
Post hanc spectatur cranium, calvaria dicta est,
Est os, quod circum totum caput obtegit, affert
Præsidium cerebro, cerebrum passimque tuetur.
Quantumvis durũ, quamplura foramina jactat,
Ex quibus exhalat tenuis fuligine fumus,
Ossibus ex multis contexitur undique septum.
Sub cranio inspicitur Mèninx,quæ dura vocatur,
Dura etiam mater Medicis est dicta,simulque
Dura, & pinguis, veluti membrana recrescit,
Et totum Cerebrum vestit,spinæque medullam,
Majoresque simul nervos. Succedit eidem
Meninxque tenuis, Mater pia dicitur, atque
Mẽbrana est tenuis,tenues habet undique fibras,
Et cerebrum vestit, sulcosque illius omnes.
Postea conspicitur Cerebrum,velut inclyta sedes
Discursivæ Animæ,quoniam compleetur in illo,
Nobiliora animæ, necnon & munia longè
Utiliora homini, cum sit fons. primaque origo
Totius motus, sensusque, & nobile sperma
Creditur esse quidem cerebri substantia compar,
Et similis prorsus reputatur adesse medullæ,
Sunt illi geminæ partes,quarum una cerebrum,
Scilicet anterior, Medico noscente, vocatur,
Altera posterior, cerebellum dicitur, estque
Durius, & cerebro longè minus: illius usus
Adjuvat interius facimus quos sensibus actus,
Esteriusque simul, rerum formatur Imago,
Atque suas vires felix memoria jactat,
Nam-

Namque animalis generatur ſpiritus omnis,
Poſt per nervos ſeſe deportat. in illo
Acta voluntatis fiunt, motuſque volentis
Arbitrij: magnus cerebelli dicitur uſus,
Unde hinc vitales generantur ſpiritus illi,
Qui rectè quodam nervorum calle recedunt,
Per quos acta ſimul, minimèque volentia fiunt;
Ut ſunt pulſamen cordis, reſpiria, paſtus
Coctio: dum cerebro ſua propria regna reponit
Ipſa voluntatis lex; actamen in cerebello
Naturæ lex regna tenet; variæque morantur
Arteriæ, venæ, cavitates, glandula, nervi.
Poſtque capillatam partem, jam dicere calvam
Fas eſt, & cæpti caput ipſa à fronte trahamus:
Hæc animi beneè ſigna refert, morumque, boniq;
Vel pravi ingenij, fibræque, & muſculus inſunt,
Atque ſupercilium, quibus eſt attollere curæ.
Inde locum retinent Oculi ſimul, organa viſus,
Humida ſervantes, mēbrana, & muſculus adſunt,
Suntque duo, nam quando iſtorum deficit alter,
Præbet & alter opes, objectum proſpicit unum,
Sunt teretes, ſed ſunt extrema oblonga parũper.
Palpebra poſt duplex oculos, quæ claudit apertos
Ex iſta cilium pendet, pauloque ſupernè
Grande ſupercilium, finesq; locumque reponit,
Suntque pili illi, qui frontis ſub fine morantur.
Poſt, Aures veniunt, nerviq; & muſculus adſtant,
Glandula cum venis, cavitates, atque meatus,
Arteriæ, facientes vocem audire loquentes.
Succedit Naſus, venæ adſunt, muſculus, atque.
Oſſa, cutis, nervi, cum cartilagine, cumque
Arteriis, tenuisque cuticula denique regnat.
Inde locum tenet Os, & fomoſiſſima ſedem
Hic pariter ponunt labia, infrà cernitur unum,
Suprà aliud, minimèque viris incognita cunctis
Lin-

Lingua tenet medium, cui sunt & glãdula, nervi
Vasaque, cum tunica crassa, sed musculus unà,
Arteriis, venis, nostræ opportuna loquelæ:
Hinc inde maxillæ adsunt, durissima tactu
Ossa, duo sunt, infrà una, at manet altera suprà;
Ex istis dentes pendent, qui dura videntur
Ossa magis, solidos addicti rumpere pastus,
Mandere tùm ruptos, formandis vocibus apti,
Ultima jam Collum retinet loca, glandula, venæ,
Cui sunt, arteriæ pariter, membranaque, nervi.
Ex posita est Regio, quæ dat Tibi provida sensus,
Nunc Regio sequitur, quæ dat tibi corpore vitã,
Thoracis sibi nomen habet, pectusque vocatur,
Tres partes jactat, quarum prima antica vulgò
Dicitur, huic comes est, quæ postica nomen
Exigit, ultima stat lateri juncta, illa vocatur
Ex artis Medicæ lateralis cognita ductu.
Prima facit pectus, dorsum facit altera, firmat
Tertia utrimque latus; pars est ex ossibus, & pars
Carnea, vitales partes servatque, tenetque.
Occurrunt Mammæ prima thoracis in arce,
Spongia temperiem tribuit, naturá locavit
Cuique duas, forsan si læditur altera, firma est
Altera, & officium exercet, nec deficit usus:
Conjunctã semper monstrat sibi mãma papillam
In medio tamen est, quam dicimus esse papillam,
Illa poros retinet, pateant quà munera lactis,
Arterias, nervos, venas Deus addidit illi,
Glandula multa simul passim conjungitur, atque
Sanguine lac fluvidum secernitur, insuper ornãt
Pectus, & humano servant in corde calorem.
Post mammas geminas succedit musculus hæręs
Hinc illinc costis, & fit spiratio ab illis.
Post Diaphragma subit, nimirũ musculus ingens
Vitalis regio prorsùs sejungit ab illa.

Quam

Quam naturalem comuni nomine dicunt,
Arterijs, venis, nervis dotatur, & ille
Auxilium præbet vitæ, cum ſuſcepis auras.
Poſt hæc notitiam Spinæ tradamus oportet,
Corporis humani thalamus tibi ſpina putãda eſt
Illa tenet quatuor partes, vis noſcere? Collum
Cum dorſo, lumbum, cum lumbo jungere diſcas
Os ſacrum, varias retinet in corpore ſparſas
Vertebras, ex vertebris nervi naſcuntur, & inde
Agnoſcunt primũ fontemque, ortũque fluentem,
Sed bis triginta numerãtur origine longa.
Pleura etiam mollis quædã membrana recurrit,
Fortis, & eſt tenuis, venis, venisque frequenter
Conſtát, & arterijs, conſtas præcingit, & illas
Conſtituit, veſtit partes thoracis & omnes,
Ex duris conſtis defendit munia, & uſum.
Pulmonis, medica veluti tibi conſtat ad arte.
Naſcitur ex pleura Mediaſtinus, ille quid ergò?
Mẽbrana eſt, geminas partes capit, indeq; pectus
Thoracem ſcindit, etenim ſi læſa ſiniſtra,
Dextera nõ patitur, remanetq; immunis ab omni
Pernicie, morbi ſentit nec triſte venenum,
Tranſverſum ſeptum & firmat, ne viſcera ſubter
Labantur. Thymus ſuper e mina in parte locatur,
Glandula nimirum niveique, albique coloris,
Divertit chylum nimium cum forſan abundat
Per medium ductum thoracis, ut exigat uſus.
Fiſtula occurrit duplex, quarum aëra tantùm
Una capit, gratum recipit tamen altera paſtum;
Aëris illa ſonum format benè fiſtula noſtro
In capite, atque ſuis deſcendens purior humor
Parietibus; ſuccis pulmonibus humida mandat;
Altera, quæque cibum capit, iſto nomine dici
Gaudet, & Oeſophagus, ſed membranoſa videtur
Ex tunicis cõſtans tribus, atq; alimenta miniſtrat

Ven-

Ventriculo, ſed ſi quid in illo fortè moleſtum
Reperit, extemplò vomitu ſe projicit illud
Poſtea ſtat Pulmo, pars eſt mollis, tenuisque,
Diſſimilis, faciensque tamen, vexicula multa,
Reſpirum, hic habitat, partes ſeparatur inābas
A' mediaſtino in dextram ſimul, atque ſiniſtram,
Vaſibus eſt varijs conflatus, vaſibus unà
Lymphaticis, venis, nervis ſimul, arterijsque,
Arteria illa tamen, quæ pulmonaria vulgò
Dicitur, pulmoni, partito ſanguine, donat
Idē hunc, ventriculo quē dextro cordis habebit.
A' pulmone tamen lævum fert cordis ad imum
Ventriculum quoque pulmonaria vena cruorē,
Pulmo per arteriam recipit ſimul aëra rubram,
Reſpirumq; facit, perque hunc benè circulat ipſe
Sanguis. At inde decet tandem Pericardiō addi,
Eſtque nimis domicilia membranacea noſtri,
Atque involucrum inextricabile cordis;
Temperat hoc æſtū cordis, motumque miniſtrat.
Intus Cor ſedem, pars muſculoſa, reponit
Intra pulmonis lobos, medioque moratur
Pectore, corporeis paſſim capit undique venis,
Ventriculisque ſuis ponit, mandatque cruorem;
Inde per arterias partitur partibus omnes,
Eſt carne effectum, muſculoſum, ſolidumque,
Et durum. & denſum, fibras & pingue reſervans,
Arterias, venas, nervos, tunicamque minutam,
Auricolas etiam binas habet, arterias que
Binas, atque duas venas, totidemque morantur
Ventriculi, atque de rē ſimul una valvula perſtat,
Cor tamen impellit lectum circumire cruorem.
Atque ſuo motu perfectè deinde chyloſas
Particulas miſcens ipſo cum ſanguine, reddit
Subtilemque magis tenuem, celeremque cruo ē.
Poſteà quàm prima expoſita eſt, Regioq; ſecunda,
Ter-

Tertia succedit, quæ Naturalis, & imus
Narratur venter. Nudatis integumentis
Corporeis cunctis in hac regione videtur
Musculus interni bis quinque abdominis, imum
Custodiens ventrem, subter benè cernitur ipsum
Nunc Peritonæum, quod cingit ventris & imi
Omnia circundans, simul omnia viscera vestit,
Ipsum est membrana, ò quantum subtilior omni
Quavis, dura parum, tùm dilatabilis amplè,
Veste tegens, quæ naturalia visceracingit.
Post venit Omentum, quod rete est imminet imo
Vētre super, multa tenet quoque vasaque, venas,
Arterias, nervos, lympharum & vasa frequenter,
Vasa adipis quædam retinet capientia pingue
Ventriculi à fundo, tamen hoc servare calorem
Ventriculo valet, & quoque naturalibus addis
Visceribus. Item subter benè cernitur ipse
Ventriculus positus, quæ membranosa videtur
Pars, quatuor constans tunicis, est carnea, nervi,
Altera cum villis, membranis ultima plena est.
Transversum subter septum tamen ipse moratur
Ventriculus, fervens inter jecur, atque lienem
Inclinans paulùm lævæ, non ille caloris
Vi pastum in chylum convertit, viribus ergo
Fermenti digestivi, quem ad lactea chylum
Vasa refert, aliò simul ut se transferat unà.
Ventriculo tamen annexa Intestina morantur,
Quæ jam membranosa manent, & cōcava, longa,
Ducere quin chylum sunt addicta, fimumque
Claudere, post opportuno à se tempore mitti,
Hic venæ, arteriæ, lympharum & lactea vasa,
Nervi, pingue manent, & glandula; sena vocātur
Duodenum, Jejunum, ilios, cæcumque, colonque,
Et rectum; fæces capiunt, ex podice mittunt,
Omnia tum capiunt etiam mala corporis. Extat
Recti

Recti inteſtini Podex in fine, rotundus,
Cui circum ſtat muſculus, opportunus habere,
Atque ſuo penitùs depellere tempore fæces.
Inde Nates muſculoſis cum carnibus extant,
Et venis, nervis, fibris ſimul, arteriiſque.
Jamque Meſenterium fas eſt nunc dicere plenum
Membranis,med o ventris quod permanet imi
Inteſtina ligans. hic lactea vaſa frequenter,
Hic nervi, & venæ poſuere,& glandula ſedem,
Arteriæque, tamen benè contrahit inteſtina
Longa nimis,circaq;ipſum,quæ fortè morantur,
Inſuper arterias,nervos,venaſque remittit
Inteſtinis,tum venas & lactis,ad iſtam,
Accipit ad ſedem Pecqueti, quæ benè pendent,
Et ſua jam lactis transfundit, glandula vênis
Humorem lymphæ. chylus ſolvatur ut ipſe.
Succedit poſt Pancreas,eſt glomerata parumper
Glandula de varijs iſtis conflata, rubenſque
Nō tantùm,ſed & alba parum,ſua ſola figura eſt
Lingua canis, varia recipit de glādula aquoſum
Pancreaticum, noſtris inteſtiniſque reponit.
Poſt venit ipſe Lien ruber eſt, deflectit in atrum
Poſtea, quin mollis, vel dilatabilis ; extant
Hic venæ,nervi,& lympharum vaſa, valetque
Humores ſeparare, ſuiſque reponere cellis.
Poſt Jecur ingreditur, quod glanduloſa videtur
Pars, atque inſignis, bilioſos dividit unà
Humores ab acervo ſanguinis, ipſaque vaſa,
Arterias,nervos.& lympharum vaſa frequenter,
Atque tenet venas, excretorioſque caminos.
Poſt hoc inde locum retinet Vexicnia fellis,
Quæ membranaceum vas eſt, ſimiliſque videtur
Forma pyro. jecoriſque ſitum ſpectatur inima
Parte, capit. ſervat, ſimul ipſo tempore bilem
Opportuno inteſtinis tranſmittit acerbam.

Poſt

Post veniunt Renes, rubicundi, deinde ab acervo
Sanguinis urinam separantes,perque remittunt
Ureteres vexicæ, quæ vas est, similisque
Fortè pyro, capit urinam, post corpore pellit.
Succedunt Testes, duo sunt,his absque Quirino
Inque Foro testes homines haud esse valebant.
Virga locum retinet mortalis, longa parumper,
Perquam discedit, transitque urina frequenter,
Hoc posito, testes servat quoq; fœmina, qui sunt
O varia,circumque uteri latera ipsa morantur.
Post Uterum venit, est quod partus,seminis, atq;
Ritè receptaculum,pars membranosa,duobus
Conflata ex calidis tunicis, extant ibi venæ,
Arteriæ, nervi, lympharum, & lactea vasa,
Scinditur in fundum, cervicem, orificiumque,
Ast uteri bino lateri tuba bina videtur,
Falloppianæ dictæ, sunt fortè meatus
Seminis. Atque Manus jam dicere deniq; restat,
Atque Pedes,qui sunt,meritòq;vocătur & Artus,
At manus in brachium,cubitū,extremūq;secatur.
Pes tamen in fæmur,tibiā, extremumq;per artus
Et venæ, & nervi stant, musculus, Arteriæque.
Corporis at positis benè partibus, addere nostri
Corporis initia est opus, & ducemus ab ipso
Semine principium,substantia candida quædam
Humida,cum calido,spumosaque,sanguine puro
Effecta humanis in testibus, haud tamen illud
Est animatū,alij ut certant, nec fœmina junctim
Concurrit generare suo cum semine, namque
Non retinent testes,Eunuchi more, carentis
Pilo, ast ovaria, ut suprà jam diximus; ergò
Concurrit tantum semen generare virile.
Menstruus at sanguis post advenit, atque ita dictus,
Fœmina quod patitur mense illū quolibet omnis,

Pars quædam tamen est impuri sanguinis, illa
Quæq; utero fertur, generare ut sublevet, inquit
Esse locum comunis jam sententia partus,
Esse uterum,cum sit generatio cuncta receptum
In fæcundo utero perfecti seminis; uno
Perfecto, & lapso jam mense,ut rettulit ipse
Hippocrates,Anima mortalibus informatur
Corporibus,sua cum primum tunc organa cæpit.
At puer inque utero nutritur ritè parentis
De nutrititio succo, pulsusque repulsat
Olli, movetur, situs est globus utque rotundus,
Et caput in genibus, servat tibiasque retrorsum.
Hoc posito:Sexus temperamenta feremus
In medium,quæ distinguntur,prima virilem,
Alteraque in muliebrem, ajunt tamen esse virilẽ
Forte magis calidũ,proprio quẽ fœmina servat.
Temperamentum verò nunc scinditur Anni
Quatuor in partes, ut Ver,atque ignibus Æstas
Fervens,Autumnusq; malignaq; frigore Bruma,
Ver aqueũ,calidumq;est,sed tamẽ advenit Æstas
Sicca est,& calida, hinc humoribus illa redũdãs
Acribus,& biliosis quoque causat acerbas,
Ardentesq;febres mortalibus,quin & acutas,
Et tertianas. Autumnus frigidus extat,
Et siccus,tristi simul atque humore redundans,
Quartanas causat: tamen humida, frigida Bruma est,
Frigidibusq; ferox humoribus,aucta Catharris,
Tussibus, & raucedinibus, simul Apoplexijs.
Humores veniunt,est quod corpus fluvidumque
A'chylo genitum: quatuor putat esse Galeni
Humores schola, ut Sanguis, Bilis, Pituita,
Mœror et;in cumulo,Bilis stat sanguinis,humor
Qui calidus, siccusque simul,croceique coloris,
Ingrato gusto, sicca qui parte creatus.
Chy-

Chyli: frigidus est humor Pituita, simulque
Humidus, atque albo visu, dulcisque saporis,
Frigida quē genetat pars chyli. Frigidus humor
Est Mæror, siccusque, agresti à parte creatus
Chyli, cum nigri sit protinùs ille coloris.
Purpurea illa tamē pars est jam denique Sāguis;
Humores etiam sunt Lac, Semenque, Serumque,
Omnia, quæ pariter separantur sanguine ab ipso
Post tamen humores veniunt nunc Spiritus, illi
Corpora sunt quædā tenuissima, fervida, abuna
Sanguinis ad summum subtili parte creata;
Inque animales, vitales separantur, & unà
In naturales; hi animalia facta reservant.
Postq; Facultates veniunt, Animæq; propinquæ
Virtutes, Anima quibus exercentur ab ipsa
Cuncta opera; at tribus est divisa Facultas
Nostra modis: Vitales scilicet, inque Animales,
Et Naturales, animalis nostra Facultas
Est Animæ quædā vis, per quam Animalia facta
Constantur. Vitalis prima potentia quædam
Est Animæ, quæ jam vitalia facta calorem
Innatum propter peragit. Sed denique restat
Naturalis, quæ virtus firmissima quædam
Est Animæ, quàm naturalia facta sequuntur.
Nunc dicenda tamen jam Chylificatio, multi
Res multas, varij varias dicuntque, notantque,
Comunis tamen est sententia, ut illa calore
Efficiatur, & ex acido benè spirituoso,
Illam etiā revolans liquor afficit. & benè stillans
Ventriculi Glandlis à vena gastrica. At ista
Postea jam dicta, Respirum dicere fas est;
Qui est constrictio, dilatatio & ipsa Thoracis,
Musculus effecit, quam ritè Thoracis. & ipse,
TùmDiaphragma, facit nostrū circumire cruorē,
Nam si Respirus cessat, cessat quoque sanguis.

Corporis at positis recto nunc ordine partes,
Convenit & morbos, atq; horum dicere causas,
Qui dictas retinent partes; sed plurima quamvis
Exponenda tamen, quæ nunc jã fortè relinquo,
Cũ nihil in se habeãt, quin invenientur, & inde
Venerit at narrare locus, nobisque sciendum
Corporis innumeras morbum disponere partes,
Per quem non habiles redduntur ponere facta
Jam sua, quin hujus causæ tot, & innumeræ sunt,
Ante dies mihi deficeret, ter Phæbus ad ortum
Feret equos, totidem occiduis se cõderet undis,
Omnes ante maris poterim numerare lapillos,
Ante suos etiam veloces flumina cursus
Desinerent, quàm si vellẽ longo ordine cuncta
Dicere, quas inter sunt naturalia sena,
Aër ut est, pastus, potusque, insomnia, somnus,
Exercere, otiari, excretæque, atque retentæ,
Atque animi affectus. Quatuor nunc tempora morbus
Obtinet, initium, augmentum, statumq; simulq;
Deflexionem, Medicis sicut omnibus unà
Est notum, atque ideò demitto dicere, tantùm
Narrando morbos, humanis evenientes
Corporibus, Causas, Prognostica, Signa, Medelas
Incipiam à morbis primæ regionis, ab ipsa
Utque vocant animali; tùm proprioque dolore,
Et nimium duro capitis, sensatio tristis,
Estque dolorosa in nervosis incola fibris,
Et membranosis capitis, conflataque quodam
Irritamento harum, punctione simulque:
Dividitur tres in species, Cephalalgia prima est,
Cum non antiquus dolor est, sed fortè recensq;
Cũ tamẽ ipse vetus dolor est, Cephalæa vocatur,
Tertia jam nobis Hemicrania dicitur, est cum
Una dolet tantum pars ipsius, aut erit illa.

Quæ

Quæ dextrã tenet, aut quæ continet illa finiſtrã:
Cauſatur tamen iſte dolor ſalſis, acidiſque,
Acribus,& nimium nimiumq, humoribus, ut qui
Perveniunt fibris nervoſis, atque repletis
Membranis, iſtas titillant, inde ſimulque,
Qui verſantur ibi miſcentur ſpiritus illi;
Sed dictum poſſunt etiam cauſare dolorem,
Vel nimium frigus, calidum, magnique labores,
Et demum ſenæ rei haud naturalis abuſus.
Attenter tamen eſt morbum hunc, capitiſque, dolorem
Curandum,& Medici repetit ſenſa intima mẽtis
Namque ſicut variæ cauſæ, medicamina debent
Eſſe item varia, at debent capitalia ſemper,
Et fieri, atque dari medicamina, cernere cunctis
Hoc valet in Medicis, multum tamen ipſius una
Mandatur Vini ſimul abſtinentia Paſtus.
Progreditur poſthac Epilepſia, dicitur ingens
Quæ verò morbus, vulgò Lunaticus, eſtque
Impulſus convulſivus, qui corporis omnes
Offendit Partes, ſenſum,& pro tempore motum;
Pars affecta cerebrũ eſt, firmus nervus & omnis,
Et nervis crebræ membranæ: dividiturque
In conquiſitam, hæredem, tenuemq; gravemque:
Cauſatur certis humoribus halituoſis,
Et levibus, vapidiſque Epilepſia, vel ſimul acri
Lympha, quæ afflatus animales ducit in iram,
Ac violenter eos inter ſe dividit inde;
Aſt Epilepſiæ atri capitis ſunt ſigna dolores,
Mœror, formido ſine principio manifeſto,
Dentium & inſanus ſtridor, ſtupor, & patientis
Spumeus ora liquor circum. Huic quoque vincula morbo
Conveniunt plantis, vexicans cum vacuante,
Salis amoniaci vivaces ſpiritus apti

Naribus, ac etiam laudatur inedia multùm.
Post venit hæc Apoplexia, est quæ, orbatio sensu,
Et motu, toto patientis corpore, solo
Excepto respiratu, pars læsa cerebrum est,
Et genus omne frequens nervis, animalibus unà
Et cum spiritibus: causatur origine crasso
Humore, & viscipleno, caput obstruit atque
Nervorum, unde suis descendere partibus imis
Afflatus nequeunt; morbi hujus cura tibi sit
Salis amoniaci externèque adjungere naso
Afflatus vivos una cum calce parati,
Sic sternutatoria, vexicantia curæ;
Ast tamen internè purgantia cuncta fuissent
Optima, & antiepileptica, difficilisque dieta,
Plura leges juxta Medicos medicamina nostros.
Post Paralysis advenit, est quæ lassa resolvit
Nervosas partes, per quem exercier ipse
Neve potest sensus, motusque, aut unus, & alter,
Pluribus aut nostri quoq; parteve corporis una:
Causa hujus sunt humores quidam vitiati,
Qui fibras cerebri nervorum, filaque lædunt,
Afflatus stupidos animales, & facientes
Destructos, ut pars offensa, remissaque mollis
Evadat: si principio non hæc mala curæ
Tradantur; poteris non ampliùs illa mederi;
Quare hunc purganti morbi medicamine cura,
Et parco victu, diaphoreticisque medelis.
Opposita huic tamē est cessans Convulsio numquam,
Ac involuntaria jam contractio dicta,
Procedens à nervorum irritamine, causa
Spirituum est Animæ confusio, qualibet acri
Materiaque acida, nervosas undique partes
Irritans, tamen hic morbus plærumque periclo
Subd[illegible] sed si febris superadditur isti
Est

Est melior, quam si febri sit additus iste.
Conveniunt morbo huic narcotica cuncta medelæ.
Postea Lethargus, qui & inespugnabilis, una
Estque necessarius somnus cum febre minuta.
Sunt variæ somni species, quarũ altera Coma est,
Somnifera, & vigilans: est Carus, qui patientes
Sic sternit, qua non possint audire vocati,
Atque acu punctis vix jam sentire licebit.
Post Catalepsis adest, est morbus, qui patientes
Et reddit rigidos, inflexibilesque, nec ipsos
Circũdant oculos, nec claudũt, neve loquuntur;
Advenit hic morbus, cum sensitiva simulque
Influxus cessant animales organa habere,
Subditus est semper lethi, mortisque periclo.
Omnia cõveniũt morbo huic narcotica, quin &
Vincula, tum sternutatoria cuncta, medelæ
Et diaphoreticæ, medicis atque omnia scripta.
Phrenitides venit, est hæc inflammatio nostri
Cumque suis cerebri membranis, febris acuta
Vexat eam, duro capitis tamen ista dolore
Noscitur, & lachrymis minimèq; volẽtibus, ista
Lethalis plærumque manet, super omnia verò
Si dentis stridor, manuũ & tremor additur ipse:
Curetur tamen, & patienti vena secatur,
Postea cumque illis, quæ jam mulcere medelis,
Fervorem possint, humorem & sanguinis acrem,
Post venit hãc Mœror, demẽtia, quæ sine febre est
Cum terrore, aliud cum jam dementia non sit,
Quàm recto, ac pravata animalis functio justo
Alloquio, mæsto causata humore, cerebrum
Opprimit, afflatus qui decipit atque animales.
Noscitur à mæsto mœrore, metuque, patenti
Et sine principio, vultu pallente, colore
Sulphureo, tamẽ haud facilis curatio morbi est.

Hu-

Humidus at pastus sua sũt medicamina,purgãs,
Quique aliquis mæstum possit vacuare madorẽ.
Post venit hanc Insania,quæ deliria mentis
Sunt sine febre, simul furor, ac audacia , multũ,
A' falso causata, & acerbo sanguine , quosdam
Humores cerebro demandans halituosos,
Corpori afflatus animales,ducit in iram,
Irritans, furias. rabiemque: facillima cura
Si nova; difficilis si sit longæva, medetur
Scindendo venã,medicamina Hemetica habeto,
Atq; Cathartica.De Vertigine pauca loquamur,
Dicta à vertendo,patitur quia molle cerebrum
Sic,ut deferri circum videatur in orbem,
Et quoque prospiciens objecta moventia circũ,
Spirituum vitæ est, hujus, confusio, causa,
Atque meditulij velicatio, sicque cerebri
Fibrarum, quidam quas lædit sanguinis humor,
Corporis in nervis turbatio spirituum fit,
Præcipuè nervus simul opticus angitur una.
Causa in ventriculo esse potest. Vertiginis æquè
Pastio non cocta, hemetico medicamine cura,
Atque coquente , cathartico. At advenit inde
Catharrus,
Corporis in quadam qui parte effluxio lymphæ
Est vitietæ, acris causatur lympha Catharrum
Salsa,aquea,& glutinosa,vel extravasata sub istis
Corporis,aut illis sub partibus, utque oculi sũt,
Fauces,& Nasus,vel Pectus, frigore magno
Proveniens,aut æstu: sunt signa Catharri
Naribus effluxusque seri, sternutaque, tũssis,
Raucedo, febris non raraque; morbus at iste
Curatur diaphoretico medicamine, junctim
Cum bezoardo facili sanare Catharrum.
Nũc venit Ophtalmia,oculis qui morbus adhæret
Inflammando illos , causatur sanguine ab acri,
Aut

Aut ibi de lympha ſtagnante; medela ſecando
Eſt venam.Hinc venit Angina,inflãmatio faucis
Eſt quæ , ſubtili cum febreque, difficilique
Reſpiratu, & ſorbendo; vel ſanguine, lympha,
Vel ducta invitium cauſatur ; cum illa ſit acris,
Salſaq;vel glutinoſa, manens faucique , gulæq;
Iſtas inflammat, gargariſmisque medetur,
Et diſſolventi medicamine, cumque nitrato,
Et diaphoretico.Nunc explicandus acutus
Pleuritides morbus,qui eſt inflammatio pleuræ
Pellis , quæ veſtit conſtas, tenet iſtaque durum
Pulſum, reſpiratum difficilem, atque dolorem
Pungentem lateri, ſimul unà gravantem,
Et tuſſim, & aſſiduum pulſamen febris acutæ.
Sanguine cauſatur, Pleura in ſtagnante, recepit
Acrem ut fermentũ extemplò tunc excitur ignē
In coſtis; primùm curatur fortè ſecando
Venam, poſt diſſolventi medicamine, junctim
Cum ſuppuranti, tùm ſpectorantibus, atque
Balſamicis.Exinde tenent loca, Sputa cruoris,
Hæc tamen adveniunt,cùm vaſaq;ſanguinis ipſa
Rodunturq;& aperta manent,pulmonibus apta,
Naribus atque etiam licet effluat ille duabus,
Cum poſſit ſtomacho quoque naſcier,atq;palato
Sanguine cauſatur ſuper affluente, vel acri,
Vulnere, vel magno motu, tuſſique furenti,
Sanguineve invitium mordacibus, atque ſalitis
Particulis ductum, quæ cum bene ſanguinis ora
Corrodunt vaſis,ſubitò ſimul iſta recludunt,
Quapropter veniunt extemplò ſputa cruoris;
Curatur tamen,& patienti vena ſecatur,
Stringentiq; e ſimul medicamine,cumque dieta
Difficili, & multùm ſpernendo pocula Bacchi.
Hoc poſito jam Phtiſis adeſt, quæ eſt morbus
apertè

Et

Et ſemper tendens ad mortem, cum ſit acerba
Jam plaga cũ febre aſſidua in pulmonibus, atq;
Difficili reſpiratu, tuſſi, & maleolenti
Cum ſanie ſputo, ſanieque & corporis omnis.
Sanguine cauſatur corrupto tùm vaſibus extra
Emiſſo humanis pulmonibus, at cruor iſte
Partibus eſt plenus mordacibus, atque ſalinis,
Pulmones rodens, vulnus tum procreat illud,
Noſcitur hæc Phtiſis ſputo ſimili ſaniebus,
Et ſimili febre Hecticorum, corporis omni
Undique parte ſimul maciata, denique malis
Noſcitur omninò lividis, oculiſque cavatis.
Cura tamen licèt haud facilis, ſit rectaque verò
Sex quædam non naturæ adminiſtratio rerum,
Pinguia in, atque alimenta ſimul paſcentia, cũq;
Conſolidante malum medicamine, balſamicoq;
Poſt hanc Aſthma venit, quæ reſpiratio ſtricta eſt,
Pulmonum morbi diſpoſitionibus orta:
Cauſatur craſſis humoribus, atque ſeroſis
Pulmonum vexicis reſtagnantibus, & qui
Humores intrare vetantes aëre, formant
Difficilem reſpiratum, ſemperque periclo eſt
Subditus hic morbus, ſed cephalicoq; medetur
Et pectorali medicamine, balſamicoque.
Poſt Peripneumonia, pravuſque, graviſque
Eſt morbus, Pulmonumque inflammatio cum ſit,
Haud facili reſpiratu, tuſſique, febrique
Aſſidua, cauſata acido ſanguine, lento,
Et craſſo, reſtagnante in Pulmonibus, unà
Efficit hunc morbum ; curatur ritè ſecando
Venam, cum diſſolventi, grandique dieta.
Palpitus inde venit Cordis, ſimul Arteriæque,
Sanguine vel nimium certè cauſatur ab acri,
Et vellicanti ſua ventricula intima cordis,
Spiritibuſque vaporoſis, implent cavitates,
Cum

Cum cupiant exire: vel ira,timorque,laborque
Vel nimius morbũ hũc causat:sũt signa profectò
Pulsus inæquales, & respiratio multum
Difficilis; pariter venam sua cura secando est,
Et purgans aliquod, medicamine postea cordis
Roborativo. Morbusque novissimus esto
Syncope vitali in regione,est pressio vitæ
Spirantis, gelidis sudoribus illa videtur,
Pallenti vultu,simul à pulsuque rejecto.
Causatur tamen ex glutinoso sanguine, & acri;
Lethalis plerumque manet,mortique subacta est:
Spiritibus curatur amoniacique salini
Naribus; ac pedibus ligamine, cardiacisque.
Expositis primæ morbis, simul atque secundæ
Jam regionis, adest morborum tertia primùm
Nausea se præfert Pastus, pravata videtur
Ventriculi quædam,quæ fermentatio, bile,
Vel Pituita in ventriculo stagnante peracta,
Vel digestivi vitio causata redacto
Fermenti, tamen hemeticis curatur, & una
Exacta simul, & facili juvante dieta.
Oppositus morbo huic nimis Appetitus adhæret,
Assiduus qui est insaturabilis ardor edendi,
Fermento digestivo causatus adaucto
In magno cumulo,aut magna acritudine mixto;
Sit cura frænanda acrimonia, res oleosas
Ordine ponendo cũ pinguibus, atque parando.
Inde locum retinet Vomitus,qui agitatio ventris
Subversiva simul, pulsivaque cujus in illo
Permanet,atque acidis causata humoribus,atque
Acribus, & biliosis, crassisque, & amaris,
Qui cum nervosas, musculosasque volentis
Ventriculi irritent fibras, motum efficit illum,
Qui peristalticus, & vomitus qui fortè vocatur,
Distruenti, opio curatur, & incisivo,

Post

Post Cardialgia venit, sensatio tristis,
Atque dolorosa in stomacho, morsu, atq, dolore,
Acribus, atque acidis causata humoribus, atque
Salsis, & mucilaginosis, & amaris,
Qui vellicando nervosas undique partes,
Hunc causat morbũ, causat simulatque venenum:
Sũt sua signa dolor, gelidus sudorque, tremorq;
Magna sitis, vomitus, fædantemq; oris amarum:
Iste tamen morbus, lethi plerumque periclis
Subditus est, nam respondet cordi, atque cerebro
Sed curatur Alexipharmacisque medelis,
Cardiacis, opiatis. Hinc postea fortè
Ira locum tenet, hæc ingens est passio quædam,
In qua humores natura extrahit, atque supernè,
Inferiusque, à Pancreatico causata liquore
Plus acido facto, & bili, quæ major hinc fit,
Vellicat & stomachũ, & vomitũ causatur acu tũ:
Curatur restauranti medicamine primum,
Cumque amaricanti Theriaca, cumque dieta.
Nunc Singultus adest, qui convulsivus habetur
Ventriculi motus, jam pellere cuncta coactus,
Ventriculi internas magis occupantia partes,
Et flatulentus, causa est, & viscidus humor,
Qui jam ventriculi membranas vellicat ipse,
Antispasmodica curatur at iste medela,
Corrigenti, opiata, sternutantibus una,
Fluxus adest Alui, nam si vacuataque res sit
Esca nihil digesta, Lienteria vocatur,
Si cibus est crudus, fermentatusque parumper,
Et color est cineris, chylique, vocatur & ista
Cœliaca, atsi digesta excrementa videntur,
Moreque lympharũ liquido, Diarrhæa vocatur,
Ipsa Lienteria tamen causatur adaucto
Fermenti vitio digestivique, quamobrem
Et nimis infermentata excrementa repellit;

Cœ-

Cœliacam præclusa patrant tunc lactea vasa;
Fitque Diarrhœa à lymphæ ubertate, serique:
Balsamica hanc, aromatica, perstringentia curāt.
Post Dysenteria venit, quæ sanguinolenta
Est cum torminibus jam excretio, cumq; cruore,
Subditus hic morbus lethi, capitisq; periclo est,
Difficilisque suo in medicamine, namque liquore
Est corrosivo quodam causatus, & acri,
Qui ciet intestina, istum morbumque reducit,
Corrigenti, Adstringentique, opioque medetur.
Post hūc inde venit jam Fluxus Hepaticus, est qui
Sanguinis effluxus, multo causatus ab albo
Forte sero, rubroque simul cum sanguine mixto,
Humanum laxat servantia vasa cruorem,
Curatur Diaphoretico, Alchermique, Dieta.
Tenesmus venit, est quædam vacuare voluntas,
Tormine cū ventris, muccumq; aliquem vacuādo
Interdum, morbus tamen hic plerumque periclis
Subditus est, Dysenteriæ causa sit ipsa,
Atque iisdem penitus curatur, & iste medelis.
Inde venit Colicus dolor, atq; ita forte vocatus,
Quod pars est offensa Colon, sensatio quæque
Atque dolorosa est nostri Colon intestini,
Pancreatico succo causatus, plus acidoque,
Sanguine, vel flatu, vel fæci plus solidata;
Atque oppiatis, subtractivisque medetur.
Post hunc succedit dolor alter, dictus ubique
Iliacus, qui Intestini jam motus habetur
Quidam Ilii, qui sic Patientes angit acerbè,
Ut vulgò miserere mei simul ille vocatur;
Noscitur à summis cruciis, vomituque, creatus
Ex inflammatione Ilii de qualibet acri
Materia, fæci vel dura, flatibus atque:
Curatur subtractivis, purgantibus, atque
Cum diaphoreticis. Venit Ictericia posthac,

Morbus, qui croceo bene corpora cuncta colore
Induit,& morbus quoque dicitur aureus,atque
Regius,auratum quod continet ille colorem:
Obstructione est causatus vasis adaucti
Bilibus, & bilis, lympha simul, ista per omne
Defertur corpus; croceo tamen ille colore
Noscitur,ante omnes oculis, croceique coloris
Intensi urinis, quibus in, si linea tela
Abluitur,simili remanet madefacta colore;
Hic morbus vasis si obstructione creatur,
Curatur facilè, sed si petra generata
Intra vexicam fellis, manet ardua cura:
Reclusiva juvant medicamina,blãdaq; junctim,
Atque Cathartica, Diureticis,Diaphoreticisque.
Hydrops nũc venit,estq; tunc collectio lymphæ,
Atque seri præter naturam in corpore toto,
Qualibet ipsius vel parte, tribusque modis est;
Dicitur Ascites, tumidus cum est undiq; venter
Tantum, stagnat & in quo aqueus mador,atque
salinus;
Dicitur at Tympanites, distenditur in quo
Flatibus Abdomen, percussus ut inde resultet
Atque sonum,sicuti dant tympana. Dicitur autẽ
Tandem Anasarca, manet cum crasso humore
gravatum
Corpus ita,& glutinoso,ut si tumefacta prematur
A' digito pellis, fovea hinc dignoscitur ima:
Causatur lympha crassa,lentaq; peracta,
Vasaq; tunc rumpit lymphatica, de quibus ista
Extravasata est lympha, extravasio quæ, si
Sit nova, curatu facilis, si sit vetus inde
Difficilis curæ evadit; tamen & removendo
Obstructiones, illam simul & evacuando
Materiam extravasatam, Diuretica prosunt,
Cum Diaphoreticis, chalybeatisque medelis,
Mor-

Morbus adeſt Hypochōdriacus, qui cōgeries eſt
Morborum, morbus qui litterarius unà
Dicitur, ut referunt, Doctorū maxima nàm pars
Hunc morbū retinent;hujus dare fortè velimus
Si cauſam, & cunctas Medicorū dicere mentes,
Scinditur Authorum ſtudia in contraria ſenſus
Cauſari morbum tamen hunc jam credere dignū
eſt
Ventriculo paſtum quod nō benè digerit, unà,
Cum ſit fermentum digeſtivum vitiatum,
Qui tunc materiā in quamdam mutatur amarā,
Quæ cum non poſſit in venis lactis inire,
Sed ſolummodò pars in eis intrare ſeroſa;
Undè & ventriculi opprimitur jam glandula
multa,
Obſtruiturque meſenterii; quo viſcidus inde,
Et craſſus ſanguis generatur, gignitur à quo
Copia morborū, quibus opprimuntur & omnes
Ipſi Hypochondriaci; loquere haud benè, ſunt
ſua ſigna,
Palpitus & cordis, flatus, fuſchique colores,
Urinæ claræ,numeroſaque ſputa, Dolores,
Atq; dolor capitis,vomitusq;& tormina,lāguor,
Atque alia:haud facili hic morbus medicamine,
ſemper
Inciſivo curari medicamine mos eſt,
Purgantique levi,chalybe immixtoque falerno,
Actio ſitque illis cum animi ſolamine læta,
Accedit morbus Renum, dolor inde vocatus
Nephriticus,quem cauſatur tunc calculus aſper,
Qui ſolet ex acido quodam coagulante creari,
Hercaræque ſimul ſucco, pariterque ſalino,
Aut dicti eſſe poteſt muccoſus cauſa doloris,
Ac humor craſſus, licet incurabilis iſte
Sit penès morbus, verùm primò medicatur

Purgando corpus, posthac diuretica prosunt,
Balnea quin olei, incisiva quoque, atque dieta.
Ast ultra Urinæ naturam fluxus erit si,
Dicitur Diabètes, fermento vitioso,
Ac depravato Renum causata, cruore
A' vivo, unde feri separatur copia magna;
Corpora quod stringit valido medicamine cura,
Febris adest nunc, quæ est effervescentia quædã
Præter naturam humori, ac inducta cruori,
Cum pulsamine currenti magis Arteriarum;
Sunt variæ Febris species : Ephemera quædam
Dicitur, atque Diaria, cum manet illa per unam
Lucem, si duret tribus, aut tunc fortè duabus
Synocha : causantur turbato sanguine Febres,
Vel senæ rei non naturalis abusu;
Quales erunt causæ, medicamina talia curæ,
Et semper cum refrigerantibus, atque dieta:
Omni si veniet, pauco cum frigore, luce,
Horrorique levi, ut si tantum Corporis Artus
Frigescant extremi, Quotidiana vocatur:
Hujus sunt quædam chylosæ causa minutæ
Particulæ, ac crudæ permixtæ in sanguine, juxta
Lactea sublatæ jam vasa, Mesenteriique.
Hanc importunam causatur glandula Febrem,
Illam materiam medicabimur evacuando
Exacerbantem, ferventem fortè cruorem,
Cum Diaphoreticis, purganti, Diureticisque.
Si terna in ternam quoq; luce adventet, ut una
Lux intervalli sit, quod Febris patientem
Æstu non cruciet, jam Tertiana vocatur,
Sulphurea, & biliosa causata cruoris
Discrasia, per quam ordo mutatur acervi
Sanguinis, & subitò Febrem tunc causat & istã:
Noscitur, adventat nam terna luce, ab amara,
Et sicca lingua, terrore, & frigore magno,

Post

Poſt magnũ frigus,magnus calor occupat artus,
Et mordax, & magna ſitis, capitisque dolores
Lumborumque,urinæ flavæ,& rubræ aliquando;
Humorem bilioſum tamen evacuando,
Poſt digeſtivis, medicoque medetur amaro,
Et poſt ſeptenum cum cortice Peruviano,
Atramantatæ pauco quoque cum ſale mizto
Hercaræ, ac hora ante febris reditum capiendo.
Si ex quarto, inque diem quartum venit,ut duo poſthac
Sint ſine febre dies vacui, Quartana vocatur,
Atque ex diſcraſia acida cauſata cruoris,
Spiritus attritus, ſulphurque illæ unde ſalinæ
Sanguinis exiguæ partes factæ inde fluentes
Acquirunt acidã naturam,cauſa febris quæ eſt,
Atque diureticis, digeſtivis medicatur,
Et diaphoreticis. Succedit nunc Febris Ardens,
A' putrefacto permixto in ſanguine quodam
Cauſata humore, unde minutas ſanguinis iſti
Perturbant partes, talem cauſatur & æſtum
Febrilem, & quantum humor bilioſus,& acris,
Tãtũ ſunt gravia Ægroto ſymptomata: magna
Nocitur iſta ſiti febris, magnoque calore,
Lingua uſta, urinis accenſis, vigilijsque,
Delirijs, pulſu celeri, ſpirante parumper:
Iſta tamen febris lethi plerumque periclo eſt
Subdita, curatur morbus tamen iſte medelis
Refrigerantibus, in ſimul & purgantibus, unà
Cum diaphoreticis, corroborantibus atque.
Hectica poſt properat,cauſataque febris ab acri
Humore immixto cum ſanguine, noſcitur iſta
Pulſibus infirmis, parvis,æqualibus haud, &
Emaciatione, febris mala ſemper & iſta eſt,
Curatur corrigenti acrimonia vivi
Sanguinis,ac impinguanti.Febris illa Maligna

Accedit, fallax communi voce vocatur,
Cum sit sub cineres falsos absconditus Ignis,
Pestiferumq;malum est,vires,& robora sternens,
Omnia subvertens prorsùs fermenta, suoque
Viscera,quæ fungi non possunt munere, certis
Natus particulis pravis in sanguine mixtis,
Ipsius sævæ febris causas numerando,
Innumeras Pelagi potiùs numerabis arenas,
Quàm tot diversos Authorum dicere sensus,
Ast aliam haud dictæ causam febris esse teneto,
Quam salis arsenici,atq;volatilis Aëra plenum,
Qui cũ perque poros humani Corporis intret,
Perve alias partes, sanguis violatur, & ipsi
Afflatus Animæ confusione pereuntur;
Sunt sua signa citò cunctæ laxatio viris;
Verùm principio levis horror,& inde sequetur
Lumborũ, capitisq; dolor, pulsusq; frequentes,
Infirmi, non constantes, deliria, lingua
Arescens, vermes,maculæ,exanthemata totum
Per corpus: si at erunt bubones fortè per illud
Pestis, quod semper sit ab hinc longinqua, vocatur:
Hæc febris insultat vitæ, neve ulla salutis
Spes manet, initio morbus curatur at iste
Hemetico, purganti, cum diaphoreticisque,
Si verò hæc etiam frustrà tentasse videbis,
Nullaque prodiderint reparatæ signa salutis,
Pascet at ægrotos febris crudelior artus,
Algentes bibat æger Aquas, his utere, sicut
Lanzani Nos scripta docent, præsentiùs ullum
Auxilium febres non invenere, nec ullam
Tam benè Corpus opem, supremo in tempore, poscit.
Nãq;(velut memini,quis enim,quis talia passus
Et memori nõ mẽte tegat, nec pectore servet?)
Me

Me pubescenti florentem vere juventæ,
Artibus & medicis febres superare docentem
Invasit febris, qua non fuit acrior usquam
Ulla, nec ulla fuit lapsos spectata per Annos,
Qua mihi paulatim robur, flos ille juventæ
Disperiit, vis illa animi, vis corporis absit.
Nec longe via mortis erat, me nulla diætæ
Munera nō epulæ, medicamina nulla juvabant,
Unda fuit, quæ sola modum, finemque dolori,
Et requiem dedit ærumnis, nam pocula mille
Undarum, & centū phialas nostra ora biberunt:
Inde juvant Alexipharmaca. Febribus istis
Expositis, Morbilli, Variolæque supersunt,
Quæ stantes quædam cutibus sunt corporis omnis
Sanguine materno causatæ pustulæ, & acri,
Corruptoque simul, proli missoque, cruoris
Conditur hoc vitiū puerorū in corpore, donec
Non alia quadam moveatur origine; cura.
Cum diaphoretico, & purganti aliquo leviori,
Cumque aliquo curato refrigerante julepo,
Et quocumq; acidum nostri emendante cruoris.
Succedit Rachis, quæ obstructione medullæ est
Spinalis causata, & nervorum tubulorum,
Taliter, ut succus pascens separatus ad illas
Subjectas partes nutriendas inde feratur,
Unde evertuntur partes in mole, figura,
Noscitur aspectu teneri Pueri; caput ingens,
Spinaq; curva; aliquo tenui purgante medetur,
Et cum myrrhatis. Venit execranda Chlorosis,
Virginis hæc morbus, quæ cachexia maligna
Corporis atque habitudo est, nata à sanguine pleno
Viscidi, & unà acidi humoris, quæque intima claudit

Vasa

Vaſa Uteri, ducit ſomnum, ſimul otia, vitam
Atque ſedentariam: laſso de corpore toto
Percipitur vultus tum pallens, difficilisque
Poſt reſpiratus, tremulum quod palpitat & cor,
Inflatique pedes, ſuppreſsaq; Menſtrua junctim
Cum pravato appetitu: lenimine cura,
Et chalybeatis; at ſi ſuppreſſio Menſis
Hujus ſit cauſa, inde medela eſt optima nubi.
Succedit Menſis ſuppreſſio ſanguinis, eſtquæ
Sanguineæ naturæ deminutio menſis.
Omnis quocumque evacuat quā fæmina menſe;
Sanguinis hæc vitio cauſatur, viſcidus iſte
Cum ſit nimiùm, vel vitiatis vaſibus illis,
Quæ vacuare ſolent, quæ clauſa, anguſta que cum ſint,
Pinguia vel plenè, haud pollēs eſt sāguis abire;
Adde cathartica pro cura, venamque ſecato,
Tempore præcisè menſes quo inſtare ſolebant,
Oppoſitus morbo iſti menſis maximus eſto
Profluxus, tumque exiſtit, cum ſæpius ultra
Naturam manant, vel longo tempore durant;
Vel peccant cumulo, quo jam majore ſolebant;
Attenuato cauſatur benè ſanguine, & acri,
Vel nimiū fæcundo, uteri quoque vaſibus, atq;
Laxis, ac humentibus, adſtringentia morbo
Conveniunt huic. Nunc Hyſterica paſſio pergit,
Quæ eſt motus convulſivus cauſatus acerbi à
Materie, ac acida infirmi irritante fibrasque
Nervoſas uteri: turbantur ſpiritus unde,
Sive furore impelluntur: cauſatur ab ipſis
Vertigo, dolor & capitis, ſic partis, & omnis
Corporis inde gravis languor. Purgantia, cūq;
Alterativis, diaphoreticisque, juvantque
Tum ſternutatoria. Partus difficilis nunc
Succedit, quæ dura, dolensque eſt pulſio fætus,

Tali-

Taliter,ut natus tunc ſit Materque periclo,
Vel defectivis cauſata meatibus, aut ab
Anguſtis, fætu ſolito majore creato,
Mortuus aut fuerit, pluresve in corpore fætus.
Cardiaco inde tibi curæ medicamine ſunto.
Nunc venit illa Lues Veneris quã ſordida,dicta
Gallicus & morbus; ſed ne modo tædia causẽ
Hujus principium linquo, tamen eſt venenatũ
Fermentum coitu Veneris, copulaque creatum,
Quod mixtum liquida in ſubſtantia, eã vitiatã
Reddit,corrumpitq;ſimul,ſubitò unde dolores,
Bubones,veniuntque GonorrhϾ.ulcera,tanti
Ac alij morbi, affligentes talia paſſos;
Cauſam aſſignando huic morbo certamine pugnant
Magno inter ſe omnes Authores taliter,ut nũc
Si mihi ſint linguæ centũ,ſint plectraque centũ,
Ferrea vox, varios Authorum dicere ſenſus
Non poſſem, solùm mea ſit ſententia; quædam
Quod turpis pollutio ſit putredine nata,
Illã quàmvaria,aut diverſaque ſemina gignunt
Matrici ejecta impuræ ratione frequentis
Jã copulæ,unde intromittit ſe in femina quoddã
Particulis plenum ſubtilibus, ac venenatum
Fermentum,quæ particulæ tot robora ſumunt,
Ac tantas vires, ut tam mala turpia gignant,
Curatur cum diuretico,& cum mercuriali,
Et cũ balſamico, & purgantibus: ampliùs ultra
Non hic diffundo, ſolum tibi lectio cordi
Sit celebris Fracaſtorii [redacted] Siphilidis, atque
Nomine ſic dicto, qui verba facit ſuper iſto
Sat morbo, & qui de toto tibi multa reſolvet.
Succedunt demum Articulares jamq; dolores,
Nomina ſunt iſtis diverſa: Podàgra vocatur
Si dolor in pedibus;Genibus ſi,dicta Gonagra,

Eſt

Est Sciatica si lumbis. Chiragra vocatur
Si manibus:lympha morbus causatus at iste est
Acribus, aut aliis humoribus,atque salinis,
Aut acidis, qui jam peragranti sanguine circũ
Articulis deponuntur, licet attamen iste
Longus sit morbus, recto curatur & usu
Sex rerũ haud naturæ;ut nã Sulmonius inquit:
"Tollere nodosam nescit Medicina Podagram:
At licet ècontra, cytharaque Propertius inquit:
" Omnes humanos sanat Medicina dolores.
Omnis jamq;brevi scripta est Medicina Libello,
Versibus impositis erroribus, optime Lector,
Parce precor, Primò quia difficillima tantum
Materies sit carminibus mandanda, secundò
Ante oculos jam ferre potes, & cernere, Lustra
Authorem quatuor non jã complesse; quã obrẽ
Si quid deficiet[Medicinæ in dicere Leges,
Sit voluisse satis; non omnia possumus omnes,
Nam parces meritis si non labor iste sit æquus;
Musa sile, & jam nunc Operi sit denique Finis.



In recuperatam Authoris salutem Soterio.

HIppocratis Leges tentabam scribere versu,
Et lepidis metris, carminibusque meis.
Id novit perversa cohors, armata veneno.
Quod jam conabar scribere, læsit opus.
Ex hoc concepi multum sub corde dolorem,
Evasique Æger, nec vigor ullus erat.
Ut posset mihi prisca salus rediisse, putavi
Utile pro membris quærere tecta domus.
Pes tetigit Patriam post multa pericula euntis;
Et Matrem vidi, conspicuumque Patrem;
In lecto jacui multis, multisque diebus,
Et stabant tergis proxima fata meis.
Lugebant omnes charo mihi Sanguine juncti;
Lugebat pariter quisquis Amicus erat.
Præ cunctis tristis Genitrix sine fine gemebat,
Et Pater, & Frater, tùm geminata Soror.
Quid facerē, ābiguū fuerat; post pharmaca mille
Gustavi gelidas, quis mihi credet? Aquas.
Ex his nata salus per fervida membra cucurrit,
Et nunc sum sanus, qui malè firmus eram.
Do meritas Superis grates, dô supplice vultu
Mille preces Cœlo, Cœlicolisque pijs.
Exposco nam ut semper opē; præstentq; ferantq;
Auxilium votis, præsidiumque meis.
Si mihi firma salus cordi, ceù spero, manebit,
Completum inceptum Quique videbit opus.

Habes ergò, Candide Lector, succinctum, clarum, versibusque redactum hunc Librum, quo duce, viam carpas in morborum curatione, & Arte Medica in tuum, & ægrorum commodum dirigenda; si quid enim erit, quod Tibi displiceat, libenter parcere velis; Author enim quatuor suæ ætatis Lustra non dum peregit, ac quàm difficile fuit Medicæ Artis terminos metris mandando, animadvertere debes: quapropter, Candide Lector, parcas, si in aliquid peccabit; etenim

- - quandoque bonus dormitat Homerus.
(*ut Horatius in Arte Poëtica ait*)

Nam neque chorda sonum reddit quem vult Manus, & Mens,
Nec semper feriet quodcumq; minabitur Arcus:
unde & Te Lyrici verbis respondere velim:
Scimus, & hanc veniam petimusque, damusque vicissim;

Interim ne Lectori, tot Authoribus, totque scriptis penè oppresso, tædiũ afferam, ipsius Lyrici verbis, candide Lector, desinam:

Vive, vale, si quid novisti rectiùs istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

FINIS

ERRATA CORRIGE

Pagin. 3. vers. 4. inhumano in humano
Pagin. 4. vers. 28. oculos movẽs oculosq; movẽs
Pagin. 6. vers. 15. pinguis veluti, pinguis nam veluti.
Pagin. 9. vers. 3. sascepis suscipis
Pagin. 12. vers. 33. inima in ima.

Et alia, quæ forsàn in hac impressione invenies, quæso, Amice Lector, tuà corrigas Prudentiâ.

